sentitur quā ipē mouetur

motu sensuali

In secunda dat sex signa maris sumpta ex lacte et mamilla et septimum ex pulsu

Primum est quod dum incipit augeri mamilla et mutari color papille ipsius id citius accidit pregnanti ex masculo in dextro latere propter mamilla et papilla dextris. nam citius sanguis et copiosius ad mamillam ascendit illius lateris cui fetus iacet pro lacte creando

Secundum est quod prius in mamilla dextra lac fit et confluit. et ex papilla eius provocatur in primis et exprimitur in pregnante ex mare

Tertium est quod lac quod ex eius ubere mulgetur est grossum viscosum digestum non tenue aquosum. quia generatur ex sanguine digesto sicut sanguinem quo masculus mittitur.

Quartum est quod lac eius ita digestum est grossum et viscosum quod si super speculum tersum effundatur gutta una ipsius et in sole consideretur remanebit illic et clarum apparebit sicut gutta argenti vini vel ut granum margarite: et non fluit hinc inde: neque prolongatur eius permanentia. Sed cito corrumpitur ab aere et sole vel expone sic quod non prolongatur idest non diffunditur in circuitu eius

Quintum est quod papille pregnantis ex mare in rubore augentur sine vehementi ipsarum nigredine maxime papilla dextra propter multum sanguinem qui ad ipsam mittitur a dextra matricis.

Sextum est quod vene mamillarum femine pregnantis ex masculis sunt rubee declines ad quandam nigredinem propter multum sanguinem conculcari in eis

Septimum est quod pulsus pregnantis ex masculo dexter est plenior et vehementior seu fortior sinistro. quia calor fetus magis se diffundit ad dextrum pectoris latus et ad dextrum brachium

In tertia refert sex alia signa que quidam dixerunt significare pregnantem ex masculo preter quintum eorum

Primum est dum mulier pregnans erecta stans ambulare incipit prius movet dextrum pedem quam sinistrum Et hoc est expertum

Secundum est quod dum pregnans iacens mulier erigit seipsam primo se sustentat supra dextram manum

Tertium est quod eius oculus dexter velocius movetur et levius sinistro Et horum signorum trium apparentia fundatur in hoc quod fetus masculinus dextre parti iacens totum dextrum latus pregnantis

calidius et mobilius reddit
Quartum est quod mulier ex
masculo pregnans sentit hunc
moveri cito post tres menses.
nam mares secundum hos in tribus
mensibus et 5. moventur et
parturiuntur in septem
Quintum est quod femina mo
veri sentitur post quatuor men
ses Secundum enim eos fetus fe
mineus in .iiii.or mensibus
et 5. moventur et in .ix. nascitur
Sextum quod aliqui veterum
dixerunt est istud ingenium
Recipe aristologie auri .j. teratur
et incorporetur una cum mel
le Deinde supponatur et vulve
imponatur mane in ieiunio
et a mane ibi stet usque ad
meridiem Deinde consideret
et attendat mulier qualis
erit sapor in saliva ipsius.
quod si dulcis fuerit ipsius sa
liva de masculo est pregnans.
et si sit amara, pregnans est
ex femina. et si saliva eius
sapor non mutetur a consu
eto tunc non est pregnans.
Et in causa istius magna
consideratio habenda est Et
indiget experimento, pri
usquam vere affirmetur, vel mul
ta inquisitione in scientia
naturali Et debet hic su
mi radix aristologie rotun
de: quia fortior est longa.
Et debet sibi addi duplum
eius mellis: vel ad minus
simplum
In quarta primo dat signa
duo pregnantis ex femina

Primum est quod adveniunt
pedibus ipsius ulcera plurima.
et maxime in coxis eius ex
menstruis retentis in primis
mensibus que non sic diminu
it vastat et resolvit calor fe
tus femine sicut calor masculi
Secundum est adventus multo
rum apostematum in pedibus et
coxis propter similem causam
Secundo notat hic quod mulier
cuius pedibus et coxis ulcera
eveniunt et apostemata quandoque pre
gnans est ex fetu masculo.
sed ille masculus est exilis
debilis et habet vacuas et
mollificatas venas parum .ii.
sibi sanguinis attrahit qui su
perabundans in corpore ma
tris et deorsum tendens ge
nerat interdum in pedibus et
coxis ulcera pustulas et apostemata
Tertio dat duo signa for
tia super sexu fetus
Primum significans mascu
linum fetum est quod eius for
matio contra completur seu
consummatur inter .xxv.m et
.xxx.m diem a tempore concepti
onis: nisi mulier sit egra
vel fetus infirmus Et hic
loco partus lege formatio
~~Et loco consummatur eiusdem~~
Et loco consummatur lege
consummatur Et in loco eiusdem
lege concipientem
Secundum est quod fetus feminei
solet formatio compleri inter
.xxxv.m et .xl.m diem a tempore
conceptionis et secundum pluri
mum sic accidit Et cum

nil habeamus quod nobis
indicet quando iam completa est
primo formatio fetus nisi
abortiatur / ista signa viden
tur pauce utilitatis

Capitulum xiii de regi
mine masculinitatis

Oportet ut calefiat
mulier et vir cum
aromaticis Et suf
fumigatione Et po
tu Et cibis Et po
tu metridati Et cum
suffumigationibus Et
pessariis predictis
si eis indigetur Et
cum clisteribus Et
unctionibus Et non
ascultetur ille qui di
cit quod oportet ut mulier
sit debilis spermatis
ut ex eo generetur
masculus ymo opor
tet ut sit spissi sper
matis / et fortis / et
puella huius enim sper
ma dignius est ut
suscipiat masculinita
tem Verumptamen oportet
ut non deficiat a sper
mate eius sperma ma
sculi ymo oportet ut sit
sperma masculi fortius
in hoc capitulo Et oportet
ut dimittat coitum ad
tempus Et non re
cedat a coitu omnino qua
re corrumpatur sperma
secundum quod diximus Et
ut non multum utantur
potu aque ymo bibant
de ea paulatim Et
cibentur cibis fortibus
calefacientibus deinde
experiatur vir sperma
suum et dum permanet te
nue / scias quod necessitas
ad curationem rema
nens est Et cum ingros
satur sperma / expectet
post illud diebus aliquot
et procedat secundum re
gimen suum donec con
fortetur sperma / et ag
gregetur secundum modum
quem innuimus

Deinde conueniat cū
ea conuentu quē inui
mus in loco aromati
sato aromaticis calis
sicut nere primo ex
musco et croco et xilo
aloes indo crudo Et
deuitet camphoram
Et sit in letiore dis
positione et meliore
anima Et delectabili
ore domo Et cogitet
de masculis et appro
priet meditationē suā
in masculis fortibus ha
bentibus audaciā Et
opponat suos oculos for
me viri de illis qui sunt
rectioris creationis et
gloriose forme et coeat

Oportet vt calefiat In hoc
ca° primo agit de regimine
faciendi masculos Secdō de vi
tando errore circa hoc ibi Et
non ascultetur Tertio de re
gulis circa tempus coitus et
sperma seruandis ibi Et oz vt
Quarto de obseruandis in hora
conuentus viri cum muliere
pro masculo creando ibi De
inde conueniat

In prima parte dat auxilia
.ix. ad masculinisandū
Primū est q̄ mulier et vir
calefiant p̄ aromatica come
sta aut bibita: quibz cōfortā
tur membra principalia et
ipsorum spiritus sicut cum
diambra vel diamacis vel
diamusto vel diamargariton
vel leticia galieni vel vino aro
matico
Secdm est iterū eos calefacere
fumigiis calidis ex aromaticis
in suis cameris et suis cu
bilibus sicut ligno aloes gra
nis iuniperi ambra musco
macis cinamomo gariofilis
horū enī odores naribus at
tracti cor cerebrū et horum
spiritus confortat Et hec
auxilia sunt adhibenda illis
quorū complōes non sunt exce
dentes in caliditate.
Tertiū est cum potu dictos
calefacere: sicuti cū vino
maturo vinoso vel pauca
vbarnacia vel maluisia vel
nectare aut ypocrate.
Quartum est etiam cibis
ipsos calefacere vt electis
carnibus cum salsis calidis
in quibz sint zinziber cina
momū gariofili piuionibz
passeribus anatibz et vitellis
ouorum
Quintū est dare in potu
semel vel bis in septimana
mane in ieiunio prope muli
eri dragmā vnā ad minus
boni metridati cum duabus
vnciis vini albi maturi.

matrix .n. ab hoc mundatiu
et calefit
Sextum est decessū effugā
re matricē caldis aroma
tib; nam siccant et mundāt
et confortant ea sicut ex
storace/ cassialigniea spica
et amomo
Septimū est sexe vt possi
bilis predictis ca°. ix°. tracta
tus presentis si post hūs
fuerit opꝰ
Octauū est caldis distenb⁹
vti precipue femmā sicut
est ysop ad matricarie ar
themesie absinchii abrotam
centaurii vitis yspanorū iunipi
an. aꝝ. j. sileos montani
anicos an. ʒ. m. leuistici
ʒ. ß. fiat decoctio pro vno
clistere m. qua dissolue be
nedicte verapigue an. ʒ. ß.
olei de lilio q̄. t. c. ß. salis ʒ. j.
fiat clistere
Nonū est munstere matri
cem exterius caleficientibus
bus oleis vt de spica et de
lilio et de absinchio et de
camomilla
In sedā dicit q̄ non est
audiendus ille qui dixit
oportere debile esse muliebre
sperma ad hoc vt ex eo ge
neretur masculus quod tū
hoc modo probare inutile est.
nam sperma femine si potēs
fuerit sētū femineū produ
cere tenetur quia decisum ē
et vires accepit a corpore fe
mine
Hec dicit hic contradicēdo
illi q̄ oz vt sit sperma mulie
bre spissum forte prodiens a
iuuencula/ nō ab anu fiā.
nam sperma huiꝰ dignius et
aptius aquoso debili ē ad su
scipiendū masculinū sperm
et membra virilia
Tertio dicit q̄ tū nūc est ad
masculum faciendū vt sperma ma
sculi non sit deficiens a sper
mate femine nec eo debilius.
nam virile est quod dat esse ma
sculinū
Quarto dicit esse notandū q̄
virile sperma sit in hoc ca°
masculum faciendi femineo for
tius. nam ab ipo proueniunt
vitalicie caloz et anime vir
tutes immutatiua et formatiua
plusq̄ a femineo
In tertia precipit sex cōse
quentia masculum faciam
Primū est q̄ vir differat et
dimittat coitū tam longo tē
pore/ donec sperma abunde
in eo digestum bonū et pro
lificum et constituere faciat
mulier
Secundū est q̄ ambo non
oiō tam diu dimittant coitū
nec alter eoꝝ q̄ in suis ve
sis sperma contempat sicut
predictum est ca°. ix°. tractat⁹
presentis paragrapho illo Et oz
vt prolongetur dimissio coitꝰ
tanta prolongatione ne pro
uenīat vt corrūpat et ambo
spermata frigus
Tertiū est q̄ neuter assiestat
bibere multū aque frigide q̄
sperma macridat Et si consueue

rit aqua in potu vti bibat ex
hac modicum et paulatine
sed melius est vinum quia si
ne cerere et bacho friget
venus

Quartum est quod ambo ciben
tur cibariis fortis nutritio
nis et calefactiuis sicut fa
sianis gallinis caponibus per
dicibus mutone vitulo et
pedibus porci bene coctis
cum salsis compositis ex lon
go pipere zinzibere canella
cinamomo gariofilis

Quintum est quod postquam vir
his nutritus fuerit suum
sperma videat et experiatur
an sit adhuc tenue et tale
permaneat quod si sic fuerit
sciat quod ad curam necessitas
permanet: puta quod opus est
adhuc attendere quod sperma in
spissetur per cibos predictos et
medicinas

Sextum est quod dum sperma
grossum fit et spissum post hoc
expectet vir et differat coitum
per aliquot dies: et in degi
mine dicto perseueret: donec
sperma suum confortatum fuerit
puta satis auctum bene fer
mentatum et plene digestum
sicut prius innuit

In quarta precipit attente
obseruare sex in hora coitus

Primum est quod his factis
que modo dicta sunt conueniat
vir cum muliere eius modo
qui dictus est capitulo ix° tra
ctatus presentis Et sit is
conuentus seu decens coitus

in aromatisato loco aromati
cis calidis sicut est confectio
nere primo et precipue quam
nicholaus in antidotario pro
prio descripsit et sicut sunt
muscus crocus et lignum aloes
indum et crudum non vstulatum

Secundum est quod ambo deuitent
camphoram et in fumigiis et o
doramentis et precipue vir
iuxta illud metricum Cam
phora per nares castrat odo
re mares

Tertium est quod vir in hora
qua coit sit in letiore dispo
sitione et meliore anima
puta gaudens letus cum mo
deramine absque ira et tristi
cia solicitudine et dolore.

Quartum est quod coeat in de
lectabiliore domo vel camera
quam inhabitare consueuit ab
omni fetore et corruptione e
longata

Quintum est quod tunc figat
ymaginationem vel cogitatio
nem suam circa masculos
fortes animosos audaces: vt
ymaginatiua imperans moue
at virtutes naturales immu
tatiuam et informatiuam ad
plasmationem talis fetus

Sextum est quod habeat ante
oculos eius formam vel figuram
sculptam vel depictam viri vel
pueri recte plasmationis siue
creationes et glorrose forme
seu magni decoris super quam
assidue figat intuitum et ocu
los sibi opponat: et his con
currentibus cum vxore coeat.

ut filium generet formosum et integrum.

Capitulum xiiii de signis alhanim facientis masculos

Alhanim faciens masculos est vir fortis equalis carnis in duricie et mollicie multi spermatis grossi calidi Et est magnorum testiculorum manifestarum venarum fortis desiderii Quem non debilitat coitus Et ex cuius dextro eicitur sperma nam rustici etiam stringunt sinistrum testiculum tauri ut effundat ex dextro. Cumque adolescentis dexter prius inflatur testiculus tunc ipse est masculinans aut sinister tunc ipse femininans Et similiter ille ad quem festinat pollutio non a nocumento in spermate est faciens masculos.

Alhanim faciens In hoc capitulo dat signa x viri facientis masculos arabice dicti alhanim

Primum est quod est fortis virilis robustus in corpore et membris

Secundum est quod eius carnes sunt equales scilicet medie inter duriciem et molliciem harum

Tertium est quod ipse multum habet spermatis grossi fermentati.

Quartum est quod magnos non longe pendentes a trunco corporis sed ei proximos

Quintum est quod vene eius ample sunt et manifeste tam quiete quam pulsatiles

Sextum est quod coitum fortiter desiderat plurimum in spermate propter abundare

Septimum est quod ipse est non debilitatur a plurimo coitu nisi perseveret in superexcessu

Octavum est quod plus sperma suum eicit ex dextro quare fit masculus testiculo Cuius rei signum est quod rustici volentes ut taurus generet vitulum masculum et in iunicem ligant sibi ante coitum sinistrum testiculum ut a dextro effundat sperma.

Nonum est dum puero vel adolescenti prius ingrossatur et augetur dexter testiculus sinistro qui melius sperma generare solet

Decimum est dum puer festine

pollutur sperma eius emittens
ante etatem pollutionis sine
nocumento in spermate ipsius
et in vasis eius puta quod sper
ma eius nec est nimis liqui
dum fluens, neque ardens ape
ritiuum, nec vasa eius relaxa
ta sunt, est generans ma
sculos.

Capitulum xv. de signis mulierum masculinatiuum

De mulieribus ma
sculinans est [1] mulier
equalis coloris [2] Et
forme [3] Que non est
grauis corporis [4] Neque
mollis [5] Et neque men
strua eius sunt subti
lia cruda neque pauca
aquosa nec adusta val
de [6] Et cuius os ma
tricis est vulue oppositum
[7] Et cuius digestio bona
est [8] Et cuius vene sunt
apparentes procedentes
ad exteriora [9] Et cuius
sensus et motus secundum
quod oportet existunt [10] Et non
habet ventris solutionem
assiduam neque ipsius con
strictionem assiduam [11] Et
oculi eius sunt decliues
ad fuscedinem absque subal
bedine [12] Et est gaudentis
nature et lete ani
me Et puelle viri
potentes in primis cum
coeunt sunt velocis im
pregnationis propter
fortitudinem caliditatis
earum, et paruitatem
adipis matricum ipsarum,
et humiditatem earum
[13] Et ille quibus velociter
veniunt menstrua di
gniores sunt ut ma
sculos concipiant Et
spacium mundificati
onis illarum quarum
est breue, est usque ad
xxii. dies non usque ad
xl.

De mulieribus In hoc capitulo
dat xiii. signa masculinan
tium mulierum et duo notabi
lia

Primum est quod mulier est
equalis coloris puta vmidi et
temperati. s medii inter rube
um et album. ex quo significatur

eius compte

cuius compto fore temperata
Secdm̃ est q ipa est equalis
forme. s. decora pulcra non
dissormis ex quo significat
fortitudo virtutū et complexio
Tertiū est q non est ponde
rosa grauis ymo leuis agi
lis cum moderamine ex quo
significatur q non est flati
ca nec grossoꝝ humorum
Quartum est q non est
mollis carnis laxe sed solide
et firme maxime in clunib⁹
coxis et mamillis
Quintū est q ipius mēstrua
neq; sunt subtilia crida neq;
pauca aquosa nec adusta
valde: sed rubea colore medie
substantie
Sextum est q in transeūti
os matricis recte sit vulue
oppositū et non distortum
nec proclive ad latus ve
recte in matrice virga essi
dat sperma
Septimū est q in hac bene
digeratur cibi non solū in
stomacho sed epate et venis
p hoc enim sperma bonū ge
neratur et sit masculinum
Octauū est q eius bene appa
rentes sūt et non sepulte
sicut in pudendis sed pro
cedentes versus exteriora
Nonū est q sit vigil in
suis sensibus et satis agi
lis in suis motibus
Decimū est q non sepe vel
assidue stipsino fluxu ven
tris fatigetur nec eius in
tima vegetur constrictione

Undecimū est q hec non sub
albidos habeat oculos: sed de
clines ad fuscedinem
Duodecimū est q de natura
eius sit gaudens et hilaris
et animo iocunde
Et hic notat vnū pulcra q
puelle viripotentes tam apte
ad coitū facile impregnātur
et multū velociter ni p̄mo
dum coeunt, p̄t̄es causis
Summa est fortitudo sue cali
ditatis qua sperma digestum
in eis abundat et sperma vi
rile sibi prompte attrahit
Tertia est q adeps seu pinguedo
et pannus est in suis matri
cibus que sperma virile in hijs
intime prohibeat vel lubri
care ab hijs hoc facile faciat
Tertia est naturalis ipsarū
hijūditas: p quam sperma vi
rile facile matricibus ipsarū cohereat
Tredecimū est velox mēstruo
rū cursus nam hec quib⁹
menstrua festine venūt vi
delicet ānno xiiij. masculinātes
sunt. hic notat principe
q naturale spaciū brevius
quod esse debet inter duas
mūdificationes est dierū
xxti. et non vsq; ad xl. ymo
prohixus sedm̃ naturā est
quadraginta dierum.

et nō multa abūdans

Capitm. xvi. de causis ge nitorum.

Causa corū est multi
tudo spermatis Et
Unitio ipsius in duo

et quod est supra Et
eius casus in duos ventres
Et incolumitas quidem
duorum filiorum etiam
geminorum non est plurima.
Et parum sunt inter
geminos dies plurimi.
ipsi enim secundum plurimum
fiunt ex coitu uno.
Et parum contingit quod
ex coitu super impregna
tionem fiat conceptio.
nam si fit conceptio fit
in mulieribus que cor
pora tenera habent et
sunt multorum pilorum
et multi sanguinis propter
fortitudinem caliditatis
earum Et de illis sunt
que fortasse vident san
guinem in pregnatione:
et non curant de eo propter
virtutem earum et forti
tudinem matricum ipsarum.
et non abortiunt cum
menstruis et cum aperti
one eius quod emmet
in matrice. Et quandoque

menstruantur super
impregnationem nume
ro ~~duarum~~ duarum men
struationum et supra
Et si cadat impre
gnatio super pregna
tionem in non val
de forti et in ea que
iam concepit nisi propter
apertionem oris matri
cis sue non propter for
titudinem sue matricis
timetur quod sit primus filius
iam debilitatus quare
corrumpitur secundus
Et iterum in fortibus
timetur latius casus
litigii et compressio
nis inter duos filios
Et illud quidem plu
rimum perducit ad fe
brem et inflamatio
nem faciei et adven
tum egritudinum ad hoc
ut abortiat unum eorum
Et de signis quidem
geminorum et qui supra

sint sdm̃ q̃ dixerũt
quidã et exptum est/
est vt considerẽtur vm
bilicus nati primũ con
tinuus cũ fetu. tunc
si non fuerit in ipso
uitia neq; nodus/ nõ
erit post primũ natũ
filius Et si fuerint
in ipõ uitie/ tũc pre
gnatio erit sdm̃ tu
merũ uitiarũ.

Causa eorum In hoc
cap̃ primo agit de causis
gemmor̃ fetuũ Sdõ circa
hoc quedam notat ibi Si
militudines Tertio de pre
gnantibus que mortue mẽ
struantur ibi Et de illis
Quarto de primitie impre
gnationis sup impregnati
onem ibi Et si cadat
Quinto de uno signo ge
mmorũ ibi Et de signo
In prima parte dat. in
causas gemmor̃ fetuũ

Prima est multa sperma
tis superabundantia sufficiens duobus generandis
fetibus Unde est diuisio
spmatis in duo/ pro duob⁹
fetibus vel ultra duo. e pro
tribus aut quatuor fetibus
Tertia est spmatis viciosi
effusio vel casus in duos
matricis ventriculos unde fit
duplicis fetus generatio
In sdã m̃ carũ gemmor̃
notat

Primũ est q̃ rara est et
non multa sanitas vel ni
columitas filiorũ duorũ etã
gemmor̃ ni eodem utero. q̃
se se comprimũt et niti se
certant vt iacob et esau pro
loco amplioni et plus alimẽto
Sdm̃ est q̃ raro dies plu
res accidunt nitri conceptiones gemmor̃ fetuũ. ymo
pcius fiunt in eodem coitu:
q̃ statim matrix post cõcepti
onem adeo clauditur vt a
cimẽ sibi vir os eius mitat

Tertiũ est q̃ raro contingit
fieri conceptionẽ p coitũ sup
impregnationẽ quia matri
cis os vehementer clauditur in tã impregnatis ita
etiam vt sit ĩuiũ accessitus
magis spermati.

Quartũ est q̃ si sup impregna
tionem conceptio fiat ex
nouo coitu fit in mulieri
bus tenens corpore/ plurimũ pilosis circa pudibũda
multũ quoq; sanguinis in
hijs/ cem fortis ciuditas existit
unde petulci sint: et sic
matrices non obstante fetu
se ipsas aperiunt: et sperma
deglutiunt

In tertia primo ait q̃ sdã
pregnantiũ vident a se flu
ere sanguinẽ mẽstruũ et
neq; tenentur neq; de eo
curant ppter robur earum:

Canon - page 133 sur 617

et fortitudinē suarū matricū.
Unde fit ut satis pro se et
suo fetu sanguinis habeāt.
et matrices fortes satis si
bi attrahant p alimento
fetus et adhuc resecent
grossum quod superfluit
menstruali cursu
Secundo dicit q iste pre
gnantes ppter sua mēstrua
non abortiunt fetū: nec
ex apertione illius quod
eminet in suis matricibus
puta colli et oris harum.
Verū dicit ypocras amphorū
quinta mulieri in utero
habenti si purgationes
exeunt, impossibile est
fetum sanū esse
Tertio dicit q a pregnan
tibz quāqz menstrua fluūt
p duos menses et ultra.
quia fetus in hiis pauco
indiget alimento.
In quarta primo ait q
si in muliere non valde for
ti que iam concepit noua
accidat impregnatio super
priorem non ex fortitudīe
sue matricis, sed ex sola ipius
apertione, timendū est ne
sit eius primus fetus iam debi
litatus et postea secdus inde
corrūpatur: et sic ambo pere
ant et abortiantur.
Secdo dicit q ī pregnātibz
fortibus latius et amplius
timetur ex impregnatione
super impregnationē euētus
litigii et compressionis fe
tuū adinuicem q horū cor-
ruptio sicut pugnauerunt
iacob et esau in utero mater-
no neqz perierunt
Tertio dicit q istud litigium
inter duos fetus frequēter
perducit alterū vel ambos vel
ipsorū matrē ad febres incē
sas et īflamationē faciei ma
tris et ad morbos alios ut sūt
apāta vel dislocationes unde
fit ut mater quāqz abortiat
alterū ipsorū videlicet debilē
et victum acompare
In quinta dicit quosdam
asseruisse q signū fetuū
duorum aut plurū in utero
materno certum et exptum
est ut consideretur umbilicus
illius qui primo nascitur
et exit ab utero cum fetu
cōtinuus: et si neqz ruga
neqz nodus in hoc fuerit
inuentus, non erit alius
in matrice fetus. Si vero
fuerint in umbilico ruge,
tot in pregnante erunt
fetus quot sunt ruge in
umbilico.

Capitulum xvii. de signis appropinquationis ptus

Cum pregnā ingre
ditur in spacio propī
quo tempori partus
et sentit grauitatem
in inferioribus ventris
sub umbilico et in dor-
so, et dolorē in inguine,

et cālitatē m ventre
et mflationē m ore ma
tricis vehementē sēsatā
et hyectationē eius tūc
iam approximat ptūs.
Cūq; mollificatiu⁹ eī
cauda vel anus / et ifla
tiu⁹ eius mgnūa / et
fortioz fit mflatiꝰ mgnūs
ymgnuus / tunc non est
mter illud et mter p
tum mſ proximū.
Cum pregnans ī hoc
capto primo dat signa pt⁹
appropinquantis Scdō sig⁹
partus mstantis et quasi
mchoantis ibi Cūq; molli
ficatiu⁹
ī prima parte tangit bj
signa que cum simul appa
rent partus significant ap
propinquationē Et tunc debet
mulier⁹ manere dom⁹ / et
prope se habere bonā obste
tricē / et suppla parare que
ptin⁹ seminit et puerpiu⁹
Primū horum signū est
cum tempoꝛ partus sīdm
cōem naturē cursū appropi
quat mulier⁹ vt cū iam pro
cessit m ix⁰ mense sue porta
tionis
Secdm est cum ipa maiozē
solito sentit grauitatē m par
tibus ventris inferioribus
subtus umbilicum et etiā m
dorso ꝓpter hoc q fetus seip⁹
aggravat inferius tendens et
parans ad exitum
Tertiū est dolor m mguine
maxime de latere fetus ꝓpter
materias que retente prius
illic cōmouentur una cū fetu
parate ad exitum
Quartū est cālitas que sen
titur illic ꝓpter cōmotionē
fetus et humoꝝ secū retentoꝝ
Quintum est mflatio sensa
ta vehemens m ore matri
cis ꝓpter destendentes illic
humiditates et preguā fetus
Sextum est humiditas oris et
colli matricis ꝓpter aquosi
tates que destendere incipi
unt Et dum signū hoc
adest / proximus est partus
ī secdā dat duo signa pt⁹
iam mstantis et quasi īchoātis
Septimū est dum cauda vel
anus pregnantis humiditatib⁹
multis relaxatiu⁹ et mollificat⁹
que viam preparant ad ex
itum fetus
Octauū est mgnitudo vehemēs
mflatio precipue mgnitudo
de latere fetus / et matricis ꝓpt⁹ impulsionē fetus
versus inferiora cū vehemētia
apparentib⁹ ante hīs duobus
signis / inter ipsa et partū
non est tempus mſ proxi
mū ymo quasi mchoat
Capm xxvīi. de signis
debilitatis embriois
Significant debilitatē
eius existentes matris

Canon - page 135 sur 617

sue Et euacuationes
accidentes ei Et proprie
continuatio prouocati
onis menstruorum per
transeuntium illud quod
fit secundum semitam rari
tatis et paucitatis et
secundum semitam super
fluitatis cibi Et similiter
apparitio lactis etiam
in primo mense in quo
concipit ipsum: Et emul
getur cum mamilla
exprimitur Et signat
ipsam quod non mouetur
fetus motu de quo sit
curandum aut mouetur
in non sua hora.

Significant tu hoc capitulo
dat vi signa debilitatis embrionis

Primum est egritudines ma
tris sue sicut febres aut
apostemata vel egritudines matri
cis matris vt vlcera scliro
ses a quibus corrumpitur vel
diminuitur vel alteratur nu
trimentum fetus et eius com
plexio

Secundum est superflue matri e
uenientes euacuationes vel
per fluxum sanguinis narium
vel per emorroides vel per fluxum
ventris vel nimios sudores
quibus minuitur alimentum
fetus: et debilitantur mater
et embrio

Tertium proprie est menstruorum
cursus vel prouocatio per tran
seuntium illam quantitatem
qua quedam pregnantium raro
et parum menstruantur quandoque in nocte
et illam mensuram quam que
dam pregnantes ex superfluita
te ciborum assecuntur nam neque
mater neque fetus ab hac
menstrua debilitatur.

Quartum est quando lac in ma
millis apparet in primo mense
vel in secundo computando
ab hora conceptionis. signat
enim quod fetus est debilis et
sibi modicum sanguinis attra
hit: cum ipse ad mamillas
ante tempus congruum lac ge
nerans ascendat

Quintum est quod quando mamilla
exprimitur in primo mense
lac inde emulgetur et foras
effluit

Sextum est dum fetus in vtero
materno debiliter mouetur: nec mouetur motu de quo sit curandum propter eius debilitatem vel ipse mouetur
non in hora sua: puta non
cum mater vigilat et esurit
ymo quando dormit et cibis re
fecta est: et hanc forte eui
gilat

Capitulum xix de signis debilitatis nati

Cum fetus nascitur
et non inflatur vmbilicus

eius / et non monet / et non sternutat / et non clamat usque ad tempus / tunc ipse est debilis et non vivet

Cum fetus In hoc capitulo dat signa · iiii^or · imbecillis nati non diu victuri sed cito obituri

Primum est cum non cito postquam natus est tumet et inflatur eius umbilicus quasi apostemetur ex sanguine qui adhuc retinetur in eo · per hoc enim significatur quod fetus sanguinis parum sibi attraxit dum erat in utero · quapropter debilis nascendo egreditur

Secundum est quando iam natus non movetur · sed est quasi stupidus non bene sustinens extrinsecum aerem propter eius debilitatem

Tertium est quod non sternutat sicut nati fortes sternutare solent cum eorum capita de loco calido recontervenientia frigus exterioris aeris percutit

Quartum est quod non clamat vel clamat debiliter per aliquos dies vel usque ad aliquod tempus predebilitate per hoc enim signa natus significatur esse multum debilis et ineptus vivere

Explicit tractatus primus

Tractatus secundi sunt xliiii · capitula Capitulum primum de tempore pariendi

Tempora quidem creationis et motionis et partus iam diximus in anathomia et eis que sunt post ipsam Et scis inde quod mensis septimus est in quo parit ipsum Et est fetus fortis creationis et complexionis · cuius creatio velox fuit et cuius motus festinavit et cuius petitio ad exitum velox fuit

Et multociens quidem moritur natus infra hoc spacium · quoniam tolerat motus vehementes in debilitate creationis · huius namque natus licet in radice sit fortis / tamen est proximi spacii cum creatione Verum natus in octavo mense est qui plurimum moritur de natis : et parum vivit

Quod si aliquis viuat
de natis in octauo mē
se / tunc illud est rarū
valde · et parū est quod vi
uat natus perueniens
cum hoc tempore
Et in quibusdā regi
onibus non viuit na
tus octo mensiū oīo :
quoniā non euacuatur
eius dispositio quin
aut sit retardatus in
creatione / et motione
et desiderio ad partum
vsque ad hanc horā / et
significat quod eius virtus
non est fortis in radi
ce / aut aduenīūt ei
motus separationis in
principio temporis com
plementi · quamuis sit for
tis in radice virtus eius
sicut nati in septimo
Quod si non fuerint ita
ymo fuerit creatio eius /
et motus ipsius / et volū
tas desiderans peruenire
ad partum / et motus
eius completi ante illud /
tunc huius fetus iam
conatur euadere a loco
suo et conuertitur · Sed
quid valet eius cōuersio
cum qua non cōsequitur
intentionē suā : et re
manet sic conuersus
vsqueque redit ad ipsum
virtus sua : et facit eū
deficere debilitas sue vir
tutis · Et accidit ei
procudubio quod accidit
debili intento motibus
euasionis / cū procedit
absque directione : s · las
situdo et defectus
Infirmatur ergo pro
culdubio : et debilitatur
et resoluitur virtus eius
Et cum nascitur in
huius dispositione / est
iudicium eius iudiciū
nati infirmi debilis :
et de iudiciis eius est
quod non speratur ei vita ·

Natus in nono si cōple
ta fuerit eius creatio
et desiderat moueri in
vn° et non fuerit ei pos
sibile vt euadat, ymo re
maneat in matrice, et
acciderit ei in octauo
quod diximus, viuet in
spacio mensis vita, rede
unte ad ipsum virtute.
et equabitur a conuersi
one sua vsq̄quo redeat
conuersus et confirmet.
cūq̄ nascitur, saluatur.
Et cum non fit ita, y
mo non desiderat nisi
moueri in illa hora,
tunc iudiciū eius est
iudicium oīs debilis oīo
Et plurimū quidem
nascitur in decimo ille
cui accidit vt desideret
partum in nono: et nō
fuit ei preparatum
Et accidit ei illud, q̄d
accidit nato in octauo.
Et parū quidē accidit
vt sit assiduatio separa
tionis cadens in septīo:
deinde extendatur vltra
vsq̄ ad decimū ita vt e
ueniat ei integra vita
in decimo. hoc enī rarum
est et cum hoc est signi
ficatio debilitatis virtutis,
cū currit vicissitudo ex
vn° ad x^m.

Tempora quidem In hoc
capto post remissionē ad a
lia primo agit de natis in
vn° mense Scdo de natis ātē
mensem vn^m ibi Et mul
tociens Tertio de natis in
in octauo ibi Verū natus.
Quarto de natis in nono ibi
Natus in ix° Quinto de na
tis in x° ibi Et plurimū
quidem.

In prima parte primo re
mittit nos ad capl'm tracta
tus prioris quod est de ana
thomia matricis et ad scdm
quod est de generatione em
brionis sup temporibus crea
tionis fetus idest formatoīs,
et motionis eius in vtero
materno motu sensuali, et
parturitionis ibi enī docuit
hec omnia tempora et eorum
diuersitates precipue cap scdo
Scdo dicit q septimus mēsis
a tempore conceptionis est
primus mensis in quo sa

lubriter fetum parit. viuit n.
raro natus ante hunc mensem
Tertio dicit q fetus qui na
scitur in vn° mense fortis
est creationis sic q membra
ipius fortia creata sunt: et
est fortis complois in radice vi
te et in membris aliis Et
festina fuit eius creatio siue
formatio ppter fortitudinem
suarum virtutum completa enim
fuit in xxxv diebus: Et con
similiter eius festinauit mo
tus nam moueri incepit in
tertio mense et semis: Et
ita velociter tetendit ad exitum
puta in mense septimo
In scda dicit q ille qui na
scitur ante istud spacium tem
poris vii mensium moritur
frequenter et scdm plurimum
Cuius causam reddit quia
motus tolerat vehementer
fortes quando parturitur:
vel loquendo verius dum ipse
abortitur non adhuc maturus:
sed in creatione tener et debi
lis nondum solidatus Et
quamuis ipse esset fortis in radi
ce tamen proximus est spacio tem
poris sue creationis seu for
mationis quo fit vt membra
eius sint adhuc debilia: et li
gamenta quibus matrici alli
gatur nondum sint matura.
Vnde plus laborat in exitu
a ventre sicut immaturi fru
ctus non decidunt nisi a vento
forti vel a causa alia forti et
violenta
In tertia dat vii canones

sup natis in octauo mense
Primus est q natus in octa
uo mense vt plurimum moritur
et pauco tempore viuit. et id
experientiis quam plurimis app
batum est: et mensis octa
uus non est de creticis sicut
est septimus
Secdus est q si viuat aliquis
natorum in octauo valde ra
rum est illud et parum contingit
q viuat natus perueniens ad
lucem cum hoc tempore octo men
sium
Tertius est q octimensis in
quibusdam regionibus vt in
climatibus primo et scdo non
viuit omnino Cuius causam as
signat quia dispositio nati
huius non euacuatur neque
deficit quin sit retardatus
in formatione sua et in mo
tu ipius et in desiderio ad exitum
et partum vsque ad tempus octa
ui mensis sic q non valuit
in vn° nasci per quod significa
tur esse virtus eius in radi
ce debilis vel saltem non fortis:
aut motus separationis ab vtero
fetui aduenit in principio tem
poris complementi puta men
se octauo quo compleri inci
pit fetus et in nono mense
consueuit perfici complementum
eius. Breuiter vult dicere q
fetus nascens in octauo men
se vel postponit ortum a mense
septimo quo nasci nisus est:
vel ortum anticipat ante diem
nonum quo nasci debuit
mense
Quartus est q si non fuit

ita q nasci anticipet ante
diem nonū ymo festinaue
rint eius formatio / et ipius
motus / et voluntas optans
peruenire ad partum in .vii°.
mense / et motus ipius ante
octauū completi sunt / tunc
iste fetus euadere conatur a
loco matricis in mense .vii°.
et vt tunc euadat et parturiat
conuertit se ipm inclinato
capite versus os matricis et
parat ad exitum. Et hic q
rit princeps quid valet aut
prodest sibi hec conuersio .s.
vt exeat in mense .vii°. cum
ipse p eam non adipiscatur.
nec tunc consequatur intentionem
suam. sed manet conuersus se
cundū hunc modū / donec sua
virtus ad ipsum redierit vt
parturiatur in octauo mense
verū debilitas virtutis ipius
facit hunc in vita deficere post
partū. vel ipm deficere a partu
in .vii°.

Quintus est q accidit octimen
si proculdubio id idem quod
accidit fetui debili vel homini
debili intento motibus euasi
onis ab vtero aut periculo
cum ipse procedit precipitanter
absque directionis lassitudo et
virium defectus

Sextus est conclusio puta
q indubie fetus iste egrotat
et virtus ipius multū debi
litatur atque resoluitur.

Septimus est q dū nascitur
in ista dispositione iudicandū
tunc est q ipse est debilis et
egrotatiuus: nec de eo spera
tur q debeat viuere

In quarta primo ait q natus
in nono mense / si perfecta fuit
eius creatio / et in mense sep
timo moueri desiderat vt a
matre euadat et parturiatur
nec facere id potest / ymo vsque
ad ix^m manet in matrice / et
acciderit ei in octauo mense quod
prius dictū est .s. vt adhuc
in matrice maneat vsque ad ix
mense / tunc vita viuet rede
unte ad ipsum ipius virtute.
et equabitur ab illa inutili con
uersione quā in .vii°. habuit
vsquequo redeat in .ix°. mense
conuersus vtiliter ad salubrem
partum et confirmetur in
illo statu donec parturiatur:
cumque parturitur hoc modo conuer
sus / saluatur et viuit

Secundo dicit q cū non fit ita .s.
q virtus redeat ad ipm / et etiā
equetur eius conuersio / ymo
non desiderat nisi moueri et
parturiri in illa hora .s. in .ix°.
mense tunc iudicium nati huius
est iudicium omnis debilis omnino
vel hominis debilis et egrotatiui

In quinta primo ait q ille
coniter et secundum plurimū nasci
tur in decimo mense cui contin
git vt in .ix°. mense desideret
partū et non fuit satis ad
hoc preparatus vt tunc na
sceretur.

Secundo dicit q accidit illi sic
nato in decimo illud quod ac
cidit octimensi nato .s. debi
litas et q parum viuit et

sepius moritur

Tertio dicit quod raro contingit ut assiduatio separationis idest assiduus conatus ad exitum ab utero cadat in vii° mense. Deinde protendatur ultra partus eius usque mensem decimum: ita ut in [illegible] x°. et non ante veniat ipsi vita integra extra matris uterum. hoc enim est de illis que raro contingunt / et cum hoc significat virtutem debilem / quando vicissitudo conatus ad exitum de vii° mense currit usque x^m.

Capitulum secundum de regimine uti pregnantium

Oportet ut assiduent lenificationem suarum naturarum semper cum eis que leniunt cum equalitate sicut sunt alifidabeget pinguia et sicut sirasc et similia: cum stringitur natura valde. Et ut occupentur exercitiis temperatis et deambulatione tenui absque superfluitate superflua enim abortire facit. et illud ideo quoniam ipse replentur propter illud quod accidit eis de retentione menstruorum. Et si superfluitates in eis multiplicentur / oportet ut non assiduent balneum. balneum namque eis execrabile est nisi apud propinquitatem. Et oportet ut non iungantur capita earum: et fortasse accidat eis inde corisa: quare accidat tussis: et commoveatur fetus: et post abortus. Et oportet ut devitent motum superfluum / et saltum et percussionem / et casum et coitum proprie / et repletionem cibi / et iram / et non superveniat eis quod faciat tristari et timere. Et elongetur ab eis omnis reliquie cause abortus / et proprie in mense primo et usque ad xx. dies: et proprie in ebdomada prima et usque ad tres dies a conceptione. illic enim est execrabile

super eas omne compres
sionem faciens Et consi
deretur illud quod di
ximus de conservatione
embrionis Et oz ut co
operiatur illud quod est
sub ypocondriis earum
lana leni Et sint cibi
earum panis mundus
cum iffidabeget et alzeibe
iet Et devitet omne
acutum et amarum: sicut
capparis et olive immatu
re Et omne provoca
tivum menstruorum sicut
sunt faseoli et cicer et
sisaminum Et si deside
rant cibum in die con
ceptionis precipit ypo
cras ut in potu sumant
sanich in aqua ipsa enim
quamvis sit inflativum est
tamen velocis nutrimenti
Et vinum earum sit vinum
odoriferum et subtile an
tiquum Et ypocras quidem
dixit sumant in potu

vinum nigrum et videtur quod
voluit intelligi per illud
subtile nigrum: et sit in
gredo eius propter ipsius
fortitudinem non propter
fecem Et sint in secundis
mensis earum passe et
citonia dulcia et pira
et excitantia appetitum
et mala muza et gra
nata muza Medicine
vero earum sint sicut e
lectuarium de margaritis
cuius descriptio recipit
margaritarum non per
foratarum piretri ambo
ana ʒ. j. zinziberis et
masticis ambo ana ʒ.
iiii^or. zedoarie doronici
seminis apii capsie carda
momi nucis muscate
macis cinamomi omnium ana
ʒ. ii. been rubei piperis
et macropiperis omnium ana
ʒ. iii. cinamomi ʒ. v.
zuccari solvimus quantum omnia
et plus. Cuius dosis sit

cocleariū vnū · ipsū enim
rectificat dispositionem
matricis earū : et dispo
sitionē stomacorū earū
Et oz vt vehemēs stu
diū sit in stomacis earū
Quare confortentur
cū eis que sunt sicut
ieleniabin cū xiloalo
es et mastice et similib9
Et electuaria facta
cum zuccaro plurimo cū
speciebz aromaticis in
quibus non est mul
ta caliditas Et cū
emplis stipticis cale
facientibus aromati
cis

Oportet vt assiduent In
hoc ca° primo agit de lenificatōe
ventris pregnātiū Scdo de
exercitiis balneis et cooperi
mentis earū ibi Et vt oc
cupentur · Tertio de cibis et
potibus earū ibi Et sint cibi
Quarto de medicinis cordia
libus earū ibi Medicine vero
Quinto de stomaticis ibi Et
oz vt

In prima pte ait q si pre
gnantis natura seu venter
valde constipetur esse necessarium
q assiduet vti lenientibus
ventrē cum moderamine sicut
sunt alifidabeget pinguia · s ·
brodia carniū pinguia sicut
galli veteris galline aut capo
nis crassi sagmati vituli oma
sorū porcorū Et sicut siracs
idest mane spēs de qua pro
vna dosi mane in ieiunio q̄rte
s · cum · ʒ · iiii^or seri capre su
mat vel aque pulli vel aque
caponis et eis similia sicut
cassia fistula mundata de q
dicit scdo huius ca° de ea q̄ē
conueniens pregnantibus et
soluit eas

In scdā dat · vii · regulas sic
per exercitiis balneis et coope
rimentis pregnantiū

Prima est q pregnantes
seipsas occupent in modera
tis exercitiis et i deambula
tione suaui seu tenui sine
excessu in hac et superfluita
te : quia superfluitas deambu
lationis aut alterius motus
superexcedentis inducit aborsū ·
nam multis humoribus ex
retentis menstruis pregnā
tes replentur · qui nimio di
latati sibi procurant exitū ·
et venarū matricis ac oris
ipsius iuuatur aptio p motū
superfluū ·

Scdā est q eis est oportunū
ne balnea frequētent si mul
tiplicentur superfluitates in ha
rū corporibus si pro quia · nā
balneū in ipsis execrabile ē
et detestandū : quā pronocat
menstrua et aborsum : nisi

motu

propte partū · tunc cū cōueīt
ad ipm facultandū et alleu
andum
Tertia prohibet has capnt-
mungere sicut solent facere
in calidis regionibz ne catar-
rum inde acquirant exitatē
tussim · que cōmoueat fetū et
inducat abortum
Quarta est nonnullos
uitens pregnantes euitare
·ir· Primo equidē omnem
superfluū motū quia fetū le
dit: et abortum promouet.
Sedō saltum ppe eadē cam
Tertio passionē supradictē
cius ex causa consili Quarto
frictionē castum maxime supra
ventrem ex eadem causa
Quinto uidet propte vita
re coitum: ne matricis per-
hinc os aperiatur et fetū
opprimat ventri superiacens.
Sed ni hoc prohibet qui coire
vult sustentando sepius sup
sua brachia et non aggra-
uando se sup ventrē uxoris
Sexto superfluam cibi reple
tionem: quia fetus opprimit.
Septimo iram forte que
matris et fetus alimentū tur
bat et suppflamat Octauo
tristiciā quia marcescit mat
si continuetur Nono forte
timorē aut terrorē subitū:
qui se pregnantes abortire
facit
Decima est q reliqne cause
aduersus omnes elongentur
a pregnantibus que dicent
infra ca. vm. tractatu pntis

et propte in mense primo a
tempore conceptionis et adhuc
magis in prima septimana:
et adhuc amplius in tribus
primis diebz · execrabile cū
est et tunc detestandū oē cū
pressionē fetum faciens sup
Sexta est q attente cōsi de
rentur et bene obseruentur
illa que dicentur de conserua
tione embrionis et de cautela
ab abortu ca. x. tractatus pre
sentis
Septima est q uentres pregnā
tum tetigantur ab ypocondriis
dextris mitissima lana suauis
mūdi carpinata quatinus p
tegat a frigore fetū et matris
custodiat naturalem calorem
Et in tertia dat vj canones
sup pregnantiū cibis et potibz
Primus est q panis ipsarū
sit mūdus bene coctus et fer
mentatus · et ipsum comedāt
cum iusculabegret idest aqua
carnium et alzebeiet idest al
bis ouis factis ex amigda
lis aqua carnis dulcorato et
pauco zinzibere
Secundus est q hec bibēt omē
acetum et amarū forte sicut
sunt capparis olive immature
amigdale amare pssicoz nu
clei: ledunt · n· fetum et m
dispositis pronocant abortum
Tertius q hec deuitent oīa
que abortum pronocant sic
sunt acetra sisam fasioli et
sunt leguminum quod assimi
latur pisis
Quartus est ypocratis

ubentis si mulier in die con
ceptionis cibum desideret da
re sibi in potu sanich idest
ordeatum · quia q̄nis misset
velociter mutat

Quintus est q̄ vinū quod
ipse bibunt sit odoriferū sub
tile et antiquū sicut vinū hebe
quod multū confortat multi
plicans spiritus Et circa
hoc notat hic dixisse ypocrate
q̄ hec vinū nigrū in potu ac
cipiant fortassis q̄m nutriti
uus est Et dictū ypocratis
sic interpretatur q̄ ipe intelle
xit subtile nigrū et non grossū
terreū Cuius nigredo non a
fece terrea sed a bona fortitu
dine et maturitate perfecta p
cessit

Sextus est q̄ edant in sedis
mensis seu fertilis ultimis
vel in banketis aut recreacio
nis vuas passas enucleatas
et citoma dulcia et pira de
cocta et fructus qui excitent
appetitum cani sicut p̄ poma de
crapenduto et alia poma media
inter dulcia et acria que medi
ci musa vocant et malagra
nata multa

In quarta describit electua
rium de margaritis quod cor
stomachū et cordia confortant
et dispositiones suarū matricū
rectificant hoc modo Re mar
garitarū non p̄fectarū prec
tii aū · ʒ · j · Re masticis aū · ʒ ·
nuc⁹ ʒedoarie doronici semiñ
seminū apii cupsle idest cuthe
macedonice cardamomi nucis
muscate macis cinamomi idest
gliosse canelle aū · ʒ · ii · ceen
rubei piperis macropiperis
aū · ʒ · iii · cinamomi · ʒ · v · zuc
cari solutione sic vocati a loco u
bi reperitur melius zuccarum
q̄ntū de sinyglis et adhuc ā
plus pulta duplum ponderis
predictorū omniū · terantur · et
fiat electuarium in pulvere cuius
dosis sit unius pilule cochearium
rectificat cum dispositiones
stomachi et matricis

In quinta prelaudat mixte
ranh circa suos stomachos ve
hemens et diligens adhibere
studium · nam sepe vexantur ma
lis appetitibus vomitibus nau
seis et claudicantibus digestio
nibus · unde nimis et extra cō
fortari indigent

Hec precipit stomachos cor
confortare ab intra cum hac
medicina Re conserve rosarū cu
bearū q̄rte j · ligni aloes masti
ces aū · ʒ · iii · micorpenthi · sit
et fiat conditū in pixide ponderis
quod deauretur in superficie et
sit dosis eius · ʒ · ſ ·

Tutio precipit electuarium be
fectis ex speciebus aromaticis
non minus calidis cū zucchero
plumino vel electuario de gem
meque vel diamacis · Vel ele
ctuario quod recipit macis
gratiosilon aū · ʒ · j · coriandri
preparati · ʒ · iii · masticis · D · mo
cinamomi · ʒ · j · et ℔ · terantur
subtilit et incorporentur cū ℔ · ſ ·
zuccare albe dissolute in aqua
rosacea fiat electuarium p lozēgias

ponderis ʒ ii de auratas undiq;
sit q; dosis eius una lozengia
Quarto iubet stomacis ca
rum apponere emplastra stipti
ca calefacientia aromatica
sicut hoc ℞ ligni aloes ma
sticis corticis thuris gariofilo
rum macis ana ʒ j coriandri
preparati cinamomi ana ʒ ii
terantur et incorporentur cum
oleo de spica vel de mastice
vel de absinthio et cera suffi
cientibus et fiat emplastrum quod
extendatur supra alutam te
nuissimam et cooperiatur te
la tenuissima in forma stuti
cum ligis

Capitulum iiii de regi
mine enixe

Oportet quando parit ut
studium sit in provoca
tione menstruorum eius
Et rectificetur cibus.
Et non permutetur ci
bus subito ad regimen
grossum quare faciat
ipsam febrire: et debili
tet virtutem alterativam
in epate eius: et mul
tiplicetur sitis eius et
fortasse fiat ydropica
Et si induretur cum
hoc epar eius non spe
ratur ei sanatio. Et
diebus quidem partus sunt
motus et periodi Et prin
cipium eius est hora adven
tus commotionis et dolo
ris Et cum egritudo per
transit xx dies usque ad
xxiiii^or egritudine stante
aut recidivante significat
tarditatem consumptionis.
Et necessaria est eva
cuatio in die alio ab isto
qui est dies crisis: si non
fuerit debilitas

Oportet quando In hoc capitulo
agit de regimine enixe Secundo
de motibus et periodis dierum
partus ibi Et diebus quidem
In prima parte dat tres re
gulas super regimine enixe s.
que peperit aut partu laborat.
Prima est quod menstrua sibi
provocentur dum tardatur
partus et dolores infestant
ut dentur in potu aque arthe
mesie vel purete cicerum ʒ
iiii^or cum corticis cassie fistu
le et cinamomi tritorum ana
aureus unus
Secunda est quod cibus eius recti
ficetur sic quod sit subtilis et
aperitivus et facilis dige
stionis sicut aqua pullorum
gallinarum caponum cum

petroselmo et civco et corũ
carnes et colatina predicte
alairde fãsanuh plouuezu
prdes canavũ ova sorbilia
prdes cauga pẽse vendose
passule mũdate sit q pot
eius vnũ albũ vel subrubeũ

Certia est q cibus emyxe nõ
statim / nec subito vertatur
de subtili ad yposstũ primo ne
putrefiat aut corrũpatur
ex debilitate virtutis et con
turbatione humorũ a doloribz
partus Ideo ne cibus yposstis
debilitet virtutẽ digestiuam
epatis Secmo ne fitis mei
multiplicetur ab opilatione
epatis p cibos yposstos pro
hibente trãsitũ huiectãtium
ad membra Quarto ne y
dropica fiat / causa sitis m
mũ bibens et opilationẽ
epatis Et si cum dicta ydro
pisi epar opilari incipiat
nulla erit spes q sanetur
ymo erit mirabilis

In sexta primo dit q partus
in femina motus habet et
periodos ita q propr ipsũ q
fetui dolorose veniunt iunda
tiones ad ipsius exitũ et cito
post cessant deinde redeunt se
cundum periodos et postea ces
sant

Ideo dicit q principiũ pti
est hora in qua primo dolores
adueniunt et cõmotiones fe
tus ad exitum

Tertio dicit q cum egritudo
partus pteranst xx. dies vel
pdurat vsq; xxtmi. dies sine
et pseuerans sine cessatione / vel
reciuians sedm periodos si
gnificat tardam fore cõceptio
nem seu cessationẽ doloris et
partus Et merito vocat
hic partũ egritudinẽ in qua e
solutio continuitatis vix tolera
bilis et mala complexio cũ dolo
re maximo. licet aliquomodo
sit naturalis

Quarto dicit q cũ sic tar
datus partus euacuatio necessa
ria est non in die paroxis
mi vel afflictionis / sed in die
quietis. ne febris adueniat
ex causa dolorũ sepe inferẽtium
cũ vehementia. detur
ergo sibi tunc hec medicina
nisi virtus eius sit nimium
debilis Accipe cassie fistule mũ
date .ʒ.j. catholicon .ʒ.ß.
dissoluantur in .ʒ.iiior. cya
thorum et fiat decoctio. vel sibi
detur hec que non layat ven
trem: sed menstrua prouocat.
et facilitat partum Accipe cor
ticis cassie fistule mũdati et
nanorum electi ãa ʒ.j. ca
thorti .ʒ.ß. terantur et incor
porentur cũ oxymelle diure
tico .ʒ.j. et ʒ.iiior. puncte
cerorum et bibantur pro dosi
vna.

Capitm. iiii. de appetitu prepostero

Quum cadit appetitus
prepostero / innuitur
dimissione pmixtis

vehementis pinguedinis
et dulcis vehemētis dul
cedinis Et administrati
one rei subtilis Et
moderamine in potu aq̄.
Et vt sit contenta vīo
odorifero pauco subtili
est enī iuuatiuū recti
ficans appetitum et illd̄
quod accidit de nausea
et vomitu plurimo.
Et de medicinis appeti
tui conferentibz est omē
in quo est stipticitas cū
caliditate subtili: sicut
virga pastoris decocto
in vino succo eius Et
aristologia ante cibum
et post ipm̄. de quo parz
sumatur Et empla
nota confortantia sto
macū facta ex citoniis
et dactilis albis siccis
et calamo aromatico et
spica cū vino odorifero
antiquo. Et quāqz
ponuntur in eis semē apii
anisum et feniculum.
et proprie si fuerīt
illic dolor et īflatio
Qz si eius appetitus ma
lus fiat super flue stu
de in mundificando sto
macum eius cum eis
que sunt sicut aqua al
geleniabin facti cū ro
sis persicis Deinde recti
ficetur cū acetosis Et
rob de agresta. Et
vinū eius factū cū aq̄
mellis aut aqua zuc
cari. iuuamentū enī
bonū est in illo et con
ueniens embrioni Et
polipodiū quidē exsic
catum cōuenit appetenti
bus lutū ex eis Et
